



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118340**

§. 60. Epistolæ Pontificis ad Reges Catholicos de eorum victoriis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](#)

ses captivus hærebat, ut ipsemet testatur, sœcul. XV.  
qui idem commemorat, quod Virdunen- A.C. 1486.

sis Episcopus harum cavearum Auctor in  
omnium primam a se inventam conje-  
ctus, & solidos quatuordecim annos ibi  
detenus fuerit; additque Comminæus,  
se haud ferendis cruciatibus fuisse vexa-  
tum, quin tamen Aurelianensis Dux,  
cujus gratia hanc sibi calamitatem ad-  
sciverat, vel minimum mali levamen au-  
toritate sua procurare conatus fuisset.

Tandem Lochia Lutetiam ad carceres, Tournelle  
ubi delegata supremæ Curiæ Parisiensis  
judicia exercentur, translatus toto sesqui  
anno ibi detinebatur, donec ei ad suæ con-  
jugis preces, pro instruendis cauſæ actis  
Commissarii dati essent. Juxta præscri-  
pta legum interrogatus, tanta animi con-  
stantia, rerum ordine, perspicuitate, ac  
vigore respondit, ut ab omnium crimi-  
num sibi impactorum culpa ex judicium  
sententia absolveretur; inde vero Ar-  
gentonum in Picťavia ad sua se recepit,  
haud ultra a domo sua recedens, nisi ubi  
Carolus VIII. Regem in bello Neapoliti-  
ano comitari jubebatur.

### §. LX.

#### *Epistolæ Pontificis ad Reges Catholi- cos de eorum victoriis.*

Innocentius Papa, compertis felicibus Raynald. an.  
Ferdinandi Arragonum Regis in Gra. 1486. n. 53.  
X 5 naten- 55.

Sæcul. XV.  
A.C. 1487.

natenſi regno belli ſuccēſib⁹, glorioſas  
haſce victorias binis ad eum literis gra-  
tulatus eſt, eumque ad profequendū  
belli curſum accendit. Ex hiſ epiftolis  
prima data eſt in Mense Julio, altera ve-  
ro in Mense Decembri. Anno autem  
millesimo quadringentesimo octogesimo  
ſeptimo idem Pontifex Mense Januario  
Ferdinando atque Isabellæ Regibus, da-  
to diplomate, confeſſit, ut convocatis re-  
gni Arragonensis Ordinibus ſubſidia pro  
bello adverſus Mauros ſubditis ſuis im-  
ponere valerent, quamvis id lege vetu-  
ſta prohibitum eſſet, Rexque ad illam  
obſervandam juramento ſe obſtrinxiffet.  
Inſuper tertia decima Septembris Inno-  
centius Epifcopum Brixensem, & Lombardie  
Inquisitorem datis literis admo-  
nuit, ut hæreticos, qui ſuis erroribus  
pertinaciter immorantur, ſeveritate le-  
gum coerceat, cumque officiales Epifo-  
porum ſententias exequi recuſarent,  
Papa præcepit, ut ejusmodi officiales a-  
nathemate percellerentur, ſi inſra ſex  
dies, poſtquam legitime fuerint requiſiti, la-  
tas contra hujusmodi hæreticos ſententias  
prompte exequi detredaverint, ceſſante le-  
gitimo impedimento.

§. LXI.